



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 1. Quid est Contractus Societatis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**

tit rem emphyteuticam cum omnibus impensis in ejus meliorationem factis, si non solvere rit per biennium pro Ecclesiastica, per triennium pro sacerdotali. 2. Rem concessam frumentosiorum facere, aut saltem non deteriorum, nam ad hunc finem præcipue conceditur.

*Resp. II.* Feudum pro contractu est concessio rei immobilis, vel æquipollentis quoad dominium utile, sub onere fidelitatis, & obsequii personalis Domino directo præstandi. Differt ab emphyteusi præsertim, quod in pure feudo non debeatur pensio, sed solùm obsequium personale, ad quod datur.

Feudarius tenetur 1. Præstare juramentum fidelitatis. 2. Suo tempore requisitus obsequia debita præstare. 3. Non debet disponere de feudo sine consensu infeudatoris. Amittit autem feudum neglectu obsequiorum, & ob crimen feloniarum, id est, belli contra Dominum directum gesti.

## CAPUT VIII.

### *De Contractu Societatis.*

**Q. I.** *Quid est Contractus Societatis?*

*Resp.* **Q** Est duorum, vel plurium conventionis contribuendi aliquid ad communem quantum, vel usum. Sunt qui addunt, & sustinendi commune damnum ... Esse licitum Constat. 1. Ex Jure civili. ss. & Cod. professo.

Mm 4

cio.

gio. & Jure Canonico cap. 7. *de donat intervī.*  
 &c. Ubi mandatur dōtem uxoris ad lucrum  
 dari mercatori, nimirum in societatem. 2.  
 Quia licet convenire ad lucrum ex pecunia,  
 & industria captandum, servata æqualitate;  
 quamvis enim pecunia de se sterilis sit, non  
 est tamen sterilis ut subest industriæ tanquam  
 instrumentum negotiationis quæstuosæ. Et  
 hæc societas valdè differt à mutuo; nam in ea  
 qui confert pecuniam, retinet illius dominium,  
 & subit ejus periculum ac damnum, quod  
 non fit in mutuo. Unde ultra sortem, potest  
 accipere aliquid tanquam fructum suæ pecu-  
 niæ negotiationi & periculo expositæ, vel ani-  
 malium de se fructuosorum,

**Q. 2. Quænam adjustitiam societatis requi-  
 runt?**

*Resp. Ex communi sequentia.* 1. Ut nego-  
 tiatio sit licita, alioqui societas esset mala, &  
 nulla, l. 57. ff. *pro socio..* 2. Ut singuli socii ali-  
 quid aptum ad lucrum faciendum conferant  
 in commune; sive pecuniam, sive operam,  
 ac industriam, sive animalia, vel instrumenta,  
 ut navem, equos, &c. qui enim in ea nihil con-  
 fert utile, non habet jus ex ea emolumentum  
 percipiendi. 3. Ut lucrum dividatur inter so-  
 cios pro rata portione eorum, quæ quisque  
 contulit, l. 29. ff. *pro socio.* alioqui non ser-  
 retur æqualitas. 4. Ut impensæ, damnum, ac  
 periculum sint communia, l. 67. ff. *pro socio.*

ibi.

